



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De Abnegatione animæ, & in specie voluntatis nostræ, vt principalis illius
pote[n]tiæ. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60991)

AT.

offium maximè rogans, vt eò diligentius
ius rei studio sese dedât, quò magis hoc
am præclarum opus est necessarium.

CAPVT XI.

De abnegatione animæ, & in specie volun-
tatis nostræ, vt principalis illius
potentie.

Vanquam carnis & passionum eius
abnegatio, vt dictum est, magni sit
momenti, animæ tamen abnegatio
tantò est ea superior, quantò hæc ipsa pars
hominis corpore nobilior ac præstantior
est. Quemadmodum enim equus, quam-
vis indomitus & effrænis, si tamen strenuū
peritum habeat equitem sibi insidentē,
nemini nocet: sic etiam corporis viuaci-
tas, vt ait S. Basilius, non ad eò perniciofa
illi esse solet, qui ad eam refrænandam
prompto est animo ac vigilant, vt decet.
Contà verò sicuti patre familias peregrè
abeunte, mox canes domestici hæc illac
insolenter vagantur, importunis latrati-
bus omnia complent, & morsibus quos-
vis obuios aggrediuntur: ita, cum anima
matris familias munus sustinens, foras
vagatur, & negligit ea, quæ sunt sui mu-
necis, mox veluti proterui atq; importuni ca-
nes, inquit, S. Basilius, ex diuersis partibus li-
tines corpori foras se dant, & vehemèter in-
ipsum.

E. 5. ipsum

ipsum oblatrant, ac varijs modis dilacerare conantur.

*Isaias, in
serm. de
abrenun-
ciatione
mundi.*

Hinc magnus ille Abbas Isaias affirmare solebat, illos difficulter ad trā tranquillitatis animi peruenire posse, quæ ad consequendam perfectionem requiritur, qui solum corporis Mortificationi vacantes: *Non vacant, inquit, homini interiori & proprias amputant voluntates.* Hæc itaque Abnegatio animæ pro obiecto suo præcipuo duas præcipuas eius potentias habet, nempe voluntatem & intellectum, seu iudicium nostrum proprium, à quibus quasi duobus fontibus deriuantur omnes alij animæ nostræ affectus. Quocirca sicut obituratis fontibus præcipuis aquæ largiter fluentis, mox omnes etiam riuus ab illis promanantes exsiccantur: ita quoque ex Abnegatione volūtatis ac iudicij proprii, abnegatio omnium aliarum passionum & affectuum in anima nostra regnantium procedere solet. Hinc S. Bernardus tanto pete exaggerat damnum (quod leprā nominat) quod ex immortificatione harum duarum potentiarum in nos redundat, cum inquit, *In corde duplex est lepra, propria voluntas, & proprium consilium; lepra utique nimis pessima, eoque perniciosior, quò magis interior.* Quamobrem tractatum de Abnegatione singularum potentiarum in

*Bern. ser.
3. de Re-
surrect.*

ecce, initium faciemus à propriæ voluntatis Abnegatione, breuiterque explicabimus quid sit voluntas propria. Item quàm perniciofa: deinde quidnam in ea fit abnegandum, & quomodo.

Diuus itaque Bernardus sermone supra dicto, voluntatem propriam appellat eam quæ non est communis & conformis voluntati Dei, hominumque sanctorum, sed nostra solum & propria. Quâdo. verbi gratia, id quod volumus, non ad honorẽ Dei, neque ad utilitatẽ proximi, sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes voluntate illa aut Deo placere, aut prodesse alijs, sed satisfacere proprijs motibus animorũ. Exaggeras deinde idẽ S. Bernardus grauius huius voluntatis peruersitatẽ dicit eã charitati esse directẽ contrariã, quæ, vt inquit D. Paulus; non querit, quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: illamq; assidue contra Deũ bellum gerere, atq; idcirco tantoperẽ Deo exosam inuisamq; esse, & ab illo grauiſſimis pœnis affici. Quid enim, dicit ille, odit aut punit. Deus præter propriã voluntatẽ; cesset voluntas propria, & infernus nõ erit. Et merito quidem; tanta est enim eius malignitas, vt quocunq; se extenderit, virus suũ effundat, omnemq; pietatem ac rectitudinem rationis euertat. Quod & S. Basilius inuulſe videtur, cùm ait: si propria voluntate arbitriõne, alienius

Basil. Reg. gul. breuior. 123

*Basl. Regul. bre-
uior. 138.*

esse à ratione. Et alibi testatur : *Quidquid quisque ex propria voluntatis arbitrio facit, id cum facientis proprium sit, alienum esse à cal-
tupietatis. Deniq; alio in loco demonstrat-
talem tanquam suæ propriæ voluntatis
mancipium, nullo dignum esse merito.*

*Basl. Re-
gul. bre-
uior. 54.*

*ea que facit, inquit, commodi sui causa facta
licet, quod fiat, ex mandato fit.*

Et in hoc errore versatur quædam secta
hominum, Reipublicæ perniciosissima,
qui ordinariè priata sua commoda bono
communi præferunt, nec quidquæ de Re-
publice incolumitate, in qua viuunt, sollici-
ti sunt, dummodo cuncta ex sententiâ cedant,
vel cum maximo etiam Reipublicæ detri-
mento. Verùm ut isti suas cogitationes
nulla vel rationis vel Christianæ charita-
tis lege metiuntur; Sic iusto Dei iudicio,
brutorum suorum affectuum pondere pressi,
plerumque in multarum confusionum aby-
ssum præcipites aguntur, in iustissimam hu-
ius sceleris pœnam, aliorumque exem-
plum. Unde merito dicit B. Ephrem : *Ni-
hil esse grauius, quam à propria voluntate su-
perari; eorumque infelicitatem deplorat,
qui cum mundum, & omnia que in illo
bona possidebant, tanta animi magnitu-
dine reliquerint; instaq; Samsonis Philis-
tinos expugnantis, tam turpiter postea ab
importunis suæ impudicæ Dalilæ, id est,
pro.*

Quidquid propriæ voluntatis blanditijs, superantur; maximo tum suarum animarum, tum cõmunis boni detrimento. Quapropter B. Dorotheus Religiosum quemlibet hortatur, ut totis viribus, se quàm primùm à servitute propriæ suæ voluntatis liberare conetur, huicque Abnegationi sui ipsius dominus fieri, & perpetua pace ac quiete sui desideret: *Coage te ipsum, inquit, in curia, & vince, & voluntatem tuam in primis abscinde, si enim consueveris voluntatem tuam computare, habitum indues, Christi gratiã & misericordiã, quo omnia sine molestia aut repugnantia perficies, teque perfectè in libertatem afferes.*

S. Dorothei. serm. 17.

Et hæc erat potissima cura antiquorũ Patrum in instituendo Novitio: *Vt doceat senior, inquit Cassianus, primitus suas vincere voluntates, quem studiosè in his ac diligenter exercens, hæc illi semper imperare curabit, que senserit animo eius esse contraria: Alioqui, inquit, non solum non acquiret virtutes Religiosis necessarias; Sed ne in cõnobio quidè diutius perdurare eũ affirmabant, qui prius voluntates suas non didicerit superare. Et meritò certè hi Patres noxiam hanc herbam tempestivè ex animis euellendam censebant; intelligebant enim oportuè, quanti esset momenti, quanti que referret, positã morã huic studio sese dederet,*

Cass li. 4. Instit. c. 8.

DE MORTIFICAT.

dere, eiusque sine dilatione fundamentum iacere, tum ut via diuini seruitij fieret in posterum tempus facilius, tum ut securio-

S. Dorot.
serm. 11.

Declarabat hoc ipsum B. Dorotheus exemplo cupressorum, quæ cum adhuc teneræ & parvæ sūt, facile euelluntur, ubi verò succreuerunt, non modò absque multorum opem non euelli, sed nec moueri possunt, ita placere conuenire solet in tarda aut sera nimis extirpatione propriæ voluntatis nostræ. Aliud est enim, inquit B. Dorotheus, euellere paruum herbam & teneram, quæ statim extirpatur; & aliud, magnam arborem eradicare.

Basil. Re.
gul. bre.
c. 74.

Sed quæret hinc fortasse aliquis, quibusnam in rebus debeamus abnegare voluntatem nostram; satis enim exploratam esse eius necessitatem. Respondeo, in omnibus omnino, quæ ex propria voluntate appetuntur, siue spirituales illæ sint, siue temporales. Nam ut præclare D. Basiliius ait: *Quidquid ex propria voluntate concupiscitur, id alienum est à pietatis cultoribus.* Et ratio in præcepto est; quia cum propria nostra voluntas, quatenus talis, non sit conformis diuinæ, ut ex D. Bernardo supra probauimus, necessariò sequitur, id quod ex tali voluntate appetitur, à voluntate Dei esse diuersum, & consequenter damnosum & perniciosum. Ex quo etiam colligitur, quam necessarium sit, reformatè ac quo abac-

DE MORTIFICAT. 171

negate omnino hanc propriam nostram voluntatem, si in electione & executione omnium actionum nostrarum non velimus decipi.

Ut autem hunc finem consequamur, nihil aliud requiritur, quam ut demamus à voluntate nostra id quod nostrum est, eamque vi abnegationis redigamus ad conformitatem diuinæ illius voluntatis, quæ Christus Dominus verbis & factis manifestè vobis declarauit, eo tempore, quo factus in gona prolixus orabat in horto, cū hinc voluntas patris vrgeret, vt amarum passionis calicem, qui sibi imminebat, biberet: inde verò voluntatis naturalis appetitus ac sensus abhorreret, mox ipse abnegando hanc suam voluntatem, & diuinam toto animo acceptando dixit: vt est apud S. Luc. *Luc. 22. 2.*

Non mea voluntas, sed tua fiat.
 Ne verò voluntatem Christi certis tantum in rebus cum diuina conuenire existimarem, non autem in omnibus absoluerem: eodem in loco Patrem æternum orans, hoc, quod Marcus refert, adiecit: *Non quod ego volo, sed quod tu.* Sed quoniam in modo etiam patendi, aliquid propria voluntatis poterat immisceri, hac itidem ex parte suam abnegauit voluntatem, quando addidit: vt S. Matthæus narrat: *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Atque ita sciungens à voluntate

voluntate sua, quidquid secundum inferiorem partem sensus potuisset esse proprium; reddidit eam omni ex parte diuinitus penitus conformem tam in voluntate ipsa, quam in modo eandem exequendo. Habuit ergo Christi voluntas eminentissimè tres illas condiciones, quas S. Paulus ad Romanos recenset, his verbis: *Vi probatis, que sit voluntas Dei bona, bene placens & perfecta.* Et in hac re dedit nobis absolutissimum perfectissimæ negationis exemplum. Quemadmodum igitur se Christus Dominus in hoc negotio erga Patrem æternum gessit: ita & nos quantum humana fragilitas patitur, erga superiores nostros gerere conuenit, vt voluntati nostræ quidquid proprietatis inest, adimamus, eamque superiorum voluntati conformem efficiamus. Admirabilem enim inde consequemur fructum, eum videlicet, de quo

Rom. 12.

vt probatis, que sit voluntas Dei bona, bene placens & perfecta. Et in hac re dedit nobis absolutissimum perfectissimæ negationis exemplum. Quemadmodum igitur se Christus Dominus in hoc negotio erga Patrem æternum gessit: ita & nos quantum humana fragilitas patitur, erga superiores nostros gerere conuenit, vt voluntati nostræ quidquid proprietatis inest, adimamus, eamque superiorum voluntati conformem efficiamus. Admirabilem enim inde consequemur fructum, eum videlicet, de quo

S. Dorothei
serm. 19.

Dorotheus scribit, vt cum aliam voluntatem non habeamus, quam nostrorum superiorum; faciendo & exequendo illorum voluntatem, faciamus nostram semper, & hac via perueniemus ad tantam pacis & tranquillitatis fruitionem, quæ quodammodo similis sit illi, quæ beati gaudent & fruuntur in cælo, quam vt finem in omnibus actionibus spectat abnegatio propriæ voluntatis; qua obligatione Deo nulla gratia fau-

DE MORTIFICAT. 113

offerri potest, vt Ludouicus Blosius
 ait, cum ait: *Nihil Deo gratius offerri po-
 tuit, abnegatione propriae voluntatis, quia ho-
 mi nihil est charius ipsa voluntate & arbi-
 trij libertate.* Et adiungit hanc abnegatio-
 nem Deo longè esse gratiorem, quàm re-
 luctationem multorum mortuorum.

Quando quis, inquit, propter Deum sensualitati
 voluntatiq̄ue propriae, etiam in rebus minimis
 reluctatur ac se mortificat, rem ipsi Deo magis
 gratiam facit, quàm si multos mortuos ad vitam
 reuocaret.

Ratio est, quia licet Deus in hūc finem,
 excitandi nempe mortuos, plerumque ho-
 minum, virtute & meritis illustrium ope-
 ratatur, opus tamen hoc ex sua natura
 tale est, vt potius omnipotentiae diuinæ
 magnitudinem, quàm illius hominis inte-
 gritatem & excellentiam declaret, per quē
 mortuo vitam restituit. In Abnegatione
 autem continua propriae nostrae volunta-
 tis, praeter peculiare Dei auxilium, quod in
 cunctis actionibus nostris necessarium est,
 praesupponitur ex parte nostra quaedam
 generositas & magnitudo animi planè
 heroica, quae se naturali instinctui atque
 illi inclinationi opponat, qua quisque in
 obsequium propriae voluntatis propèdet.
 Vnde tandem euenit, vt homo diuinę gra-
 tiae fauore ita eleuatus, fiat seipso supe-
 rior.

Blos. lib.
 de Instit.
 spirituali,
 cap. 3.

rior & certo quodā modo plus quā homo. Nam vt B. Climachus ait: *ille perfectus sanctus est, qui voluntati suae abrenunciavit.*

*Climac.
de Auar.
grad. 16.*

Verū cum in hoc negotio perseverantia eō sit gloriosior, quō maiores sunt difficultates, quae solent occurrere, vt hinc tandem capiti finem imponam, omni Christi athletas vehementer rogo, vt hinc abnegationi constanter insistant, neque prius ab ea, quā ab ipsa mortali vita abstant. Nam bene cœpisse nil proderit (inquit apud Cassianum Abbas Pynuphius) nisi pleno fervore renunciationis arripuisse propria, si hæc congruus etiam finis similiter non commendauerit atque concluderit.

*Cass. li. 1.
Institut.
cap. 37.*

CAPVT XII.

De Abnegatione proprii Iudicij & Intellectus.

SIcuti propria voluntas, vt ex D. Bernardo supra dictum est, ea est, quae non Deo, nec hominibus communis est, sed nobis tantū propria: sic dicere licet, iudicium proprium esse illud, quod nec Dei, nec prudentum virorum iudicio conforme est, sed nobis proprium. Quando, verbi gratia, intellectus nostrer iudicat de aliqua re, non perspicit sibi cognita, nec satis liquidō explorata non secundū commune iudicium pro-